

quia magister ur unus est xpi; Qui maior est uos erit minister uester; qui autem se exaltauerit humiliabitur. & qui se humiliauerit exaltabitur.

**Uae uobis scribae et pharisei**

quia claudistis regnum caelorum ante homines; Vos enim non intratis. nec introeuntes similes introire;

**Uae uobis scribae & pharisei ypochritae** - quia circūcis mare & aridiam - ut faciatis unum proselitum; & cum factus fuerit - factis eum filium gehennae duplo quoniam uos; **Uae uobis duces ceci** - qui dicitis quicumque iurauerit per templum nihil est; qui autem iurauerit in auro templi - debet; Stulti & caeci - quid enim maius est - aurum an templum quod sanctificat aurum; & qui cumque iurauerit in altare - nihil est; qui cumque iurauerit in dono quod est super illud - debet; Stulti & caeci - quid enim maius est - donum an altare quod sanctificat donum;

Qui ergo iurat in altari - iurat in eo & in omnibus quae super illud sunt; & qui cumque iurauerit in templo - iurat in illo & in eo qui habitat in ipso; & qui iurat in caelo - iurat in throno dei & in eo qui sedet & super eum;

**Uae uobis scribae & pharisei ypochritae** - qui decimatis mentam & anetum & cyminum - & reliquistis quae grauiora sunt legis - iudicium & misericordiam & fidem; haec oportuit facere - & illa nonmittere; **duces ceci** - excollentes calicem - camelum autem glutientes;

**Uae uobis scribae & pharisei ypochritae** - qui mundatis quod de foris est calicis & parabsidis - intus autem pleni sunt rapina & immunditia; Pharisee cece - munda prius quod intus est calicis & parabsidis - ut fiat & id quod de foris est mundum;

**Uae uobis scribae & pharisei ypochritae** - quia similes estis sepulchris dealbatis - quae de foris parent hominibus; speciosa - intus uero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia;

*Uae uobis scribae  
& pharisei ypoch  
rite qui comeditis  
domi uiduarum  
orationes longas  
orantes propter  
hoc amplius act  
propter iudicium*